Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Thesu Christi, qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos. etc.

Repelle domine ab hac famula tua N. omnem infestatio-nem diaboli, et redde ei integram suam pristinam sanita-tem, ut tuæ clementiæ reddat gratiarum actiones, per Christum dominum nostrum. etc.

Psalmus.

Exurgat deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant, qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei, et de-lectentur in læticia.

Cantate deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius, turbabuntur a facie eius: patris Orphanorum et iudicis uiduarum.

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.